

COLLOQ. XIV.

Familiare colloquium, Scholastici ornamenta. DEUS adjutor studiorum.

PUBLICUS. BONIFACIUS.

UNde veniebas modò? *Bon.* E culinâ. *Publ.*
UQuid illic iveras? *Bon.* Ut me calefacerem.
P. Tu, credo, libentiùs es in culina, quàm in
 schola. Nonne? *Bon.* Nihil mirum: In schola
 non est ignis, sicut in culina, *Publ.* Abi: sapias. *Bon.*
 Utinam tam saperem in divinis rebus, quàm in
 cura corporis. *Publ.* Fac, sapias. *Bonif.* Quo-
 modo? *Publ.* Studio, curâ, labore, diligentia.
Bonif. Non parco labori. *Publ.* Rectè facis: sed
 est tempus expectandum, cujus progressu fiunt
 omnia. Interea precandus est Deus assidue. *Bon.*
 Benè mones: utinam ille studia nostra promo-
 veat in gloriam sui nominis. *Publ.* Id faciet, si
 pergamus eum colere diligenter.

COLLOQ. XV.

*Commeatio à Schola domum frequens
 noxia, Præceptoris voluntas optima.*

PETRUS. CORNELIUS.

QVid tecum cogitas, Corneli? *Corn.* Liben-
 ter irem domum. *Pet.* Quid eò? *Cornel.*
 Ut me in his diebus parumper recrearem cum
 matre. *Pet.* Quid obstat, quo minùs eas? *Cornel.*
 Præceptor non vult permittere. *Pet.* Melius ti-
 bi

